



JOSEPHI
ALTOGRADI
J. U. C.
CONTROVERSIÆ
FORENSES,
DUOBUS TOMIS DISTINCTÆ



JOSEPHI
ALTOGRADI
J. U. C. ET PATRITII LUCENSIS,
OLIM CONSILIARIUM IN EXCELSO DUCALI CONSILIO
Placentiæ & Parmæ ; & Præsidis Serenissimæ Cameræ ;
& deinde Parmæ Gubernatoris,
CONTROVERSIAE
FORENSES,

Unâ
CUM DUABUS EJUSDEM DECISIONIBUS

Quas subsequuntur
CONSILIA D. JOANNIS BAPTISTÆ SAMINIATI
J. C. Patritii, & Advocati Lucensis ;

IN QUIBUS PLURES ARDUÆ QUESTIONES TAM CIRCA
Feudalia quàm ultimas Voluntates, Judicia & Contractus, aliæque in usu Forensi
frequentiora, juxta veras & receptas Doctorum Sententias resolvuntur.

EDITIO Novissima, ARGUMENTIS & SUMMARIIS distinctius quàm antehac editis, ac INDICE GENERALI,
absolutissimo VERBORUM & REUM, ex duobus in Unum coactis, exornata.

TOMUS PRIMUS



GENEVA,
Sumptibus CHOUET, G. DE TOURNES, CRAMER, PERACHON,
RITTER, & S. DE TOURNES.

M. DCCL



ILLUSTRISSIMO,
atque Excellentissimo
REIPUBLICÆ LUCENSIS
SENATUI,

JOSEPHUS ALTOGRADUS F.



OTISSIMUM Rerumpublicarum Regnorumque fundamentum Justitia est; Per hanc Reges regnant, per hanc seculum aureum in ferrea etiam ætate populis efflorescit; Cælum sortita natale, Astreæ nomen adscivit; patriis digressa regnis, diu cum hominibus agere non detrectavit; donec illi locum æquo non præcluserunt, terræ forum non effugit; eorum deinde sceleribus offensa, cum virtutum exilium indignaretur, peregrina, terrarum orbe derelicto revolavit in Patriam. Una tamen illam in Terras revocavit Jurisprudencia; quæ cum sit justæ atque injustæ scientia, quidquid mali est mentis acie detegit, fidei firmitate depellit. Hinc verò quicumque Rerumpubl. ad clavum sedent, Jurisprudentiæ fulgoribus illustrati, tanquam lucernæ super candelabrum positi præluce populis debent. Quemadmodum Cæsar ille Cæsarum parens multos in animo, ex dicto Syllæ, gerebat Marios, ita Princeps pectoris in scrinio jura cuncta complectitur. Enimverò juris ignarum Astreæ trutina, legumque potestas



JOSEPHI ALTOGRADI J.U.C. ET PATRITII LUCENSIS, CONTROVERSIAE FORENSES.

ARGUMENTUM.

Feudum dignitatis an sit indivisibile, non solum quoad titulum dignitatis & feudi substantiam, sed etiam quoad fructus, ejusque commoditates, & quoad exercitium jurisdictionis, illudque in totum primogenito pertineat? Et an Princeps possit primogenituram constituere, in successione feudi antiqui in prejudicium secundo-genitorum in primis Investituris vocatorum?

SUMMARIUM.

1. Feudum subrogatum, seu permutatum, assumit naturam ejus in cuius locum subrogatum fuit. Feudum dignitatis est indivisibile num. 2. & 36.
Qua ratione? num. 83.
Ad solum Primogenitum pertinet num. 37.
Intellige quò ad Titulum Dignitatis & Feudi substantiam: secus quò ad fructus, & jurisdictionis exercitium num. 9. 11. & 33.
Multò magis attenda consuetudine totius Italiae num. 10.
De qua tamen tamen vide num. 91.
Contra num. 38. 79. & 81. 82. & 89. & num. 90.
Presumitur concessum secundum propriam ipsius naturam num. 35.
Ejus successio regulatur secundum formam, quae in successione Principis concedentis observatur num. 40.
Unio plurium Feudorum operatur ut illa novam naturam assumant num. 43.
Titulus Feudi quando est realis non potest ab ipso

Tom. I.

- Fendo separari num. 45. 93.
Per Feudi divisionem Dominus servitium defraudatur num. 50.
In dubio potius hereditarium, quàm ex pacto, & providentia presumitur num. 59.
Bona Feudalia sub generali heredis institutione non veniunt num. 119.
2. Princeps non potest naturam Feudi antiqui immutare, & in ea Primogenituram erigere in prejudicium aliorum in investitura comprehensuram.
Amplius etiam de plebitudine potestatis num. 3. Contra num. 60.
Maximè quando agitur de jure quarendi n. 61.
Amplius, ut num. 62. Tanto magis quando tale jus provenit ab ipso Principe num. 63.
Vel quando adest iusta causa n. 64. Amplius, ut n. 70.
Et 49. qualis sit ista iusta causa n. 65. 66. 67.
Et ad id sufficit conjecurata Principis voluntas num. 14.
Erigendo similem Primogenituram, dicitur illam erigere solum quò ad Titulum, & Dignitatem jurisdictionis, & fructuum commoditatem num. 7. Contra 37. & 38.
Et quibus clausulis dicatur usus fuisse plenitudine potestatis num. 45. & 67. 71. 72. 74.
Ejus dispositio semper interpretanda est, ut minus, quàm fieri possit juri certius laedat num. 6.
In acta solum necessario plenitudine sua potestatis utitur n. 31. Vide n. 75.
Plures Vassalli melius, quàm unus ei servire possunt num. 51. 64.
Intellige, ut num. 52. Principis Majestas id magis fulget, quò nobiliores Vassalli habet num. 53.
Quando aliquis de metu proprio concedit, de facto plenè informatum presumitur num. 73.
Textus in Cap. Imperialem §. præterea Ducatus de

A

prohib.